



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De eruditione christifidelium**

**Herolt, Johannes**

**Colonie, 27. X. 1496**

Sexta petitio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30784**



In e obfari  
 and a q in ho  
 d in laudat  
 lipo in hinc  
 faling si quid  
 habet ad nos  
 fuis fructu  
 in ino dicit  
 obfari in ino  
 dicit in nos  
 in ino dicit  
 lo noli pte  
 ad in fuis  
 ino dicit

**D**equitur. Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc signanter addit. quod alias non fieri remissio peccatorum: sicut clare in euangelio patet ubi christus dicit. Cum stabitis ad orandum: dimittite si quid habetis aduersus aliquem. ut pater vester celestis dimittat vobis peccata vestra. Unde beatus Bernardus. Si vis ut tibi peccata dimittantur. omnis rancor et indignatio a corde tuo euellatur. Sciendum quod secundum Henricum de firmaria in lesione qua quis leditur ab aliquo est duo considerare. videlicet ipsam culpam que ex lesione incurritur: et illam solum deus remittit. Et etiam rancorem quem quis concipit contra illum qui ipsum lesit. et illum tenemur dimittere si velimus nobis a deo dimitti. Quia alias quis peteret contra seipsum. scilicet quod deus sibi non ignosceret: sicut ipse alijs non vult ignoscere. Unde Cyprianus dicit. Nulla est tibi accusatio in die iudicii cum secundum tuam propriam sententiam iudicaris: et hoc quod alijs feceris: tibi ipsi patiaris. **¶** Queritur utrum peccatores possunt vel debent hoc dicere: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: cum tamen adhuc stant in rancore contra proximum. nec sibi indulserunt: nec indulgere intendunt. Videtur quod non: quia mentiuntur: et mentiendo peccant. ergo non debent dicere illa verba. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Dicendum quod peccatores dicere debent. nec mentiuntur. quod hec oratio est comunis. Et licet non habeat veritatem ex parte eorum: tamen habet veritatem ex parte ecclesie in persona cui dicitur. Unde dicit beatus Thomas secunda secunda questione. 83. Dicere non cessent imo plura valet dicere quod obmittere.

**¶** Sexta petitio.  
**A**nenos inducas in temptationes. Hec est sexta petitio in qua petimus preseruari a futuris malis

et a peccatis. sicut antea in quinta petitione petimus indulgeri nobis preterita mala et peccata: sic hic in sexta petimus preseruari a futuris malis et peccatis. Sciendum autem quod in hac petitione non petimus ut simpliciter non temptemur: sed ne inducamur in temptationem. Ille enim inducitur in temptationem qui superat et capit: sicut piscis in reti. Christus enim fuit temptatus. sed non in temptationem ductus. Unde beatus Thomas dicit. Non ei petimus: ut non temptemur quia temptari non est malum. sed magis elad virtutis exercitium quam virilitatis resistit. Unde et Augustinus. Temptatio cui resistit non est peccatum. sed magis causa exercende virtutis. **¶** Sciendum etiam quod necessarium est quod temptemur. quod magna pars meritoorum nostrorum consistit in sustinendo tribulationes et in vincendo temptationes. quod alias operaz exercitia bona modica sunt. Unde Augustinus. Nullus hominum est tanta iusticia perditus: cui non sit necessaria tribulationis temptatio ad proficiendum. Unde Bernardus. Quotiens resisteris: totiens coronaberis. Permittunt enim super nos temptationes a deo: ut temptati resistamus. resistendo vincamus. vincendo mereamur vitam eternam. Unde Hieronymus in epistola. Quis secunda sine certamine coronatus est. Unde Augustinus. Si nullus esset hostis: nulla esset pugna. Si nulla pugna: nulla victoria. Si nulla victoria nulla corona. quod secundum apostolum. Nullus coronabit nisi qui legitime certauerit.

**¶** Septima petitio.  
**L**ibera nos a malo. Hec est septima petitio et vltima illius nostre dñice orationis. in qua petimus ab omni patiti malo liberari. Ut ergo Cyprianus dicit. hoc petimus ut ab omni malo imminente liberemur. et merito. quod totus mundus est plenus periculis. Et nos vudique sumus circumdati multis periculis. quod supra habemus timorem inordinatum: ab infra amorem inordinatum. ab antevoluntate puerisam. a retro peccatorum preteritorum delectationem. a dextris ex